Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

celo ad terras appropinquante hora passionis ut etiam
per hoc clarescat quia non invitus sed sponte pate-
retur Tu autem R O bprobrium factus sum nimis ini-
micis meis irruerunt me et moverunt capita sua Domine me-
us deus meus V Persequar inimicos meos et comprehendam illos
et non convertar donec deficiant Domine Lectio octava
In asino venire et a turbis rex appellari ac
laudari voluit ut etiam per hoc crederet quisque
agnosceret ipsum esse christum quem sic illo venturum
prophetia olim promissa signaverat Tu autem domine R
Synagoga populorum circumdederunt me et non recordor retribuenti-
bus mihi mala consumet domine nequicia peccatorum Et diriges
iustum V Tu autem domine susceptor meus es gloria mea et
exaltans caput meum Et diriges Lectio nona Ante
quinque dies pasche venire voluit sicut ex Io-
hannis evangelio didicimus ut etiam per hoc ostenderet
se esse agnum immaculatum qui peccata tolleret
mundi Tu autem R Ingrediente domino in sanctam
civitatem hebreorum pueri resurrectionem vite pronunciantes
Cum ramis palmarum osanna clamantes in excelsis V Ex ore
infancium deus et lactencium perfecisti laudem vel Cumque
audissent quia Ihesus venit Iherosolimam exierunt obvi-
am ei Cum ramis palmarum osanna clamantes in excelsis R
Ingrediente domino V Libera me de ore leonis Libera me Ad laudes antiphona
Domine deus auxiliator meus et ideo non confusus antiphona Cir-
cumdantes circumdederunt me et in nomine domini vindicabor
in eis antiphona Iudica causam meam defende quia potens es domine antiphona Cum
angelis et pueris fideles inveniantur triumphatori mortis claman-
tes osanna in excelsis antiphona Confundantur qui me persequuntur
et non confundar ego domine deus meus Ymnus Rex
christe factor omnium Capitulum Hoc fratres sentite
in vobis quod et in christo Ihesu qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est se esse equa-
lem deo sed semetipsum exinanivit formam
servi accipiens in similitudinem factus hominum et
habitu inventus ut homo Deo V Eripe me de
inimicis meis Evangelium antiphona Turba multa que convenerat
ad diem festum clamabant domino benedictus qui venit in
nomine domini osanna in excelsis Collecta Omnipotens sem-
piterne deus qui humano generi ad imitacionem